Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

tibus gemmis preciosis · Ant · Ipsi sum desponsata cui angeli seruiunt
cuius pulcritudinem sol et luna mirantur · Ant · Stat a dextris eius
agnus niue candidior · xpistus sibi sponsam et martirem consecrauit · Ant ·
Misit dominus angelum suum · et liberauit me de medio ignis et non
sum estuata · Ant · Iam amplexibus xpisti castis astricta sum · et
corpori eius sociata sum · V · Adiuuabit · Et factum est · v ·
ut iuuenis maiori urgeretur stimulo et putans beatam
agnam meliora accipere uelle ornamenta omnem lapidum
preciosorum secum defert gloriam · et per seipsum et per amicos
cepit aurem virginis appellare · R · Ipsi sum desponsata
cui angeli seruiunt · cuius pulcritudinem sol et luna mirantur · Ipsi
soli seruo fidem · ipsi me tota deuocione committo · V · Iam amplexibus
xpisti castis astricta sum et corpori eius sociata · Ipsi · Beata agnes · vi ·
respondit · Discede a me · fomes peccati · nutrimentum facino
ris · pabulum mortis · discede a me · quia iam ab alio a
matore preuenta sum · qui michi satis meliora te obtulit
ornamenta · et anulo fidei sue subarrauit me · longe te no
bilior et genere et dignitate · R · Propter ueritatem et mansue
tudinem et iusticiam · Et deducet te mirabiliter dextera tua · V · Audi filia et uide et in
clina aurem tuam et obliuiscere populum tuum et domum patris tui · Et · Non potero ad · vii ·
contumeliam prioris amatoris uel aspicere alium et relinquere
illum cum quo sum deuincta caritate · cuius est generositas
celsior · possibilitas fortior · aspectus pulcrior · amor suauior
et omni gracia elegancior · R · Ueni sponsa xpisti accipe coronam quam tibi dominus
preparauit · Pro cuius amore sanguinem tuum fudisti et cum angelis in paradisum
introisti · V · Ueni electa mea et ponam in te tronum meum quia concupiuit
rex speciem tuam · Pro cuius · Mel et lac ex eius ore suscepi · · viii ·